

KALENDARIUM

FEBRUARIUS

12 S. Benedicti Anianensis Abbatis. Simplex 19

MARTIUS

15 S. Clementis Mariæ Hofbauer Conf. Dupl. majus 19

APRILIS

7 B. Hermann Josephi Conf. Duplex 4°

21 S. Conradi a Parzham Conf. Duplex 7°

27 S. Petri Canisii Conf. et Eccl. Doct. Dupl. II classis 13°

MAJUS

13 S. Servatii Ep. et Conf. Simplex 13°

JUNIUS

5 S. Bonifatii Episcopi et Martyris, Duplex II cl. 14°

12 S. Leonis III Papæ et Conf. Simplex 14°

APPROBATIO

Concordat cum originalibus.

Aquisgrani, die 13 Januarii 1953

Dr. MOSSENER

Vic. Gen.

IMPRIMATUR.

Ratisbonæ, die 21 Januarii 1953

JOSEPH FRANZ

Vic. Gen.

Ratisbonæ, sumptibus et typis Friderici Pustet

OFFICIA PROPRIA

DIOECESIS

AQUISGRANENSIS

PARS VERNA

Die 12 Februarii

S. BENEDICTI ANIANENSIS

Abbatis

Simplex

In Vesperis Ant. Similábo eum viro sapiénti, qui ædificávit domum suam supra petram.

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. R. Stulam glóriæ induit eum.

Oratio

D eus, qui nos beati Benedicti Abbatis doctrina et exemplo erudiri voluisti; concède propitius; ut quod te donante promisimus, ejusdem patrocinio adimplere valeamus. Per Dóminum nostrum.

Ad Laudes Ant. Euge, serve bone et fidélis, quia in pauca fuisti fidélis, supra multa te constituam, intra in gáudium Dómini tui.

Propr. Aquisgranen. P. Verna

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. R. Et osténdit illi regnum Dei.

Die 15 Martii

S. CLEMENTIS MARIÆ HOFBAUER

Confessoris

Duplex majus

IN I VESPERIS

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. R. Stulam glóriæ induit eum.

Ad Magnif. Ant. Similábo eum viro sapiénti, qui ædificávit domum suam supra petram.

Oratio

D eus, qui beatum Clementem Mariam miro fidei robore et invictæ constantiæ virtute decorásti; ejus méritis et exémpis fac nos, quæsumus, ita fortes in fide et caritate ferventes; ut præmia consequámur æterna. Per Dóminum nostrum.

Et sic Commemoratio Feriæ

In I Nocturno Lectiones Beatus vir, de Communi Conf. non Pont. 1 loco.

In II Nocturno
Lectio IV

Clemens Maria Hofbauer Tassovítii in Morávia natus, a primæ ætate in schola christiána perfectionis eruditus est; magistra potissimum religiosissima matre, quæ puérulum post patris obitum osténsa Christi Dómini e cruce pendéntis imágine sic allocúta fertur: En fili, qui hinc in pósterum tibi futurus est pater, cura, ut per eam, quæ ipsi placet, viam incédas. Adolécens pistóriam artem didicit; sed ad majóra se vocári præsentiens cœpit inter laboriósæ artis exercítium ad stúdiúm incúmbere literárum. Bis Romam pedes, ad limina Apostólorum peregrinátus est, bis étiam rerum cælestium contemplatióni libérius vacatúrus in erémum secessit. Verum Deo illum ad altióra vocánte intermissa litterárum stúdia in Vindobonénsi Universitáte repétiit, navitérque

prosecútus est; donec ex purióre fonte sacras disciplínas hausturus, Romam tertium remigrávit. Ibi in sancti Alfónsi familiam singulári Dei providéntia cooptátus est, quam ipsius ópera in dis-sitas regiões propagátum iri sanctus idem Patrens divino instinctu præ-sénsit ac palam præ-nuntiávit.

R. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívit eum ab inimicis, et a seductóribus tutávit illum: * Et dedit illi claritatem ætérnam. V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei. Et.

Lectio V

Absolúto cum magno spíritus fervóre tirocinio ac presbyter factus in septentrionales Európe provincias a Sede Apostólica missus est. Eréc-to Varsáviæ in Polónia primo suæ Congregatiónis domicílio, et plúribus sibi adjúnetis sociis, incredíbile est, quam copióso ibi fructu sacerdotália múnera ultra vicénium expléverit: nihil labóris recúsans, sive ut cathóli-

cos ad bonos mores et pietátis cultum revocáret, sive ut hæreticos et Judæos ad veram fidem addúceret. Multa étiam ad religiósam juventútis institutióem præstitit. Orphanórum sortem miserátus eréxit hospítium, ubi misérrimos quosque patérna caritate alébat; visus subinde stipem eórum causa emendicare, immo nec faciém ab increpántibus et in se conspuéntibus avértere. Inter has autem curas semper coram Deo ambulans, Deiparæ Virgini, cujus Rosárium assidue recitábat, singuláriter devótus, rectus, simplex, húmilis, cunctis affábilis et beníg-nus, ómnibus velut sanctitátis exémplar júgiter præluxit.

R. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stólam glóriæ induit eum, * Et ad portas paradísi coronávit eum. V. Induit eum Dóminus lorícám fidei, et ornávit eum. Et.

Lectio VI

Deo soli confisus, plures institúti sui domus váriis in regiönibus eréxit. Ipse vero multas,

ob témporum iniquitatem, acerbitates perpessus, et e Polónia tandem cum suis expúlsus, secéssit Vindobonam, ubi duódecim postremis vitæ annis, ad Dei glóriam strénue operári perseverávit. Præter sédulam enim sanctimoniárum Virgini-um curam totus in eo fuit, ut prædicatióne verbi Dei, sacraménti Pœnitentiæ administratióne, quam plúrimas a salute devias ánimas Christo lucríficeret. Quem caritátis ignem, tum sacerdotibus, tum máxime selectæ juvenum cohórti, quorum complúres suum Congregatióni nomen dedérunt, infúndere adlaborávit. Illud autem indefessa sua ópera consecútus est, ut languescéntem pópuli fidem catholicúmque spíritum non parum illa ætate imminútum, corroboráret; dignus propterea, quem Pius séptimus virum apostólicum, Vindobonénsis cleri decus, Ecclesiæque cólumen appelláret. Méritis tandem plenus, et prodigiórum aliorúmque cælestium charismatum múnere illústris, prope septuagenárius obdormi-

vit in Dómino, Idibus Mártis, anno millésimo octingentesimo vigésimo. Eum Leo décimus tertius, miraculis clarum, Beatórum catálogo, Pius vero décimus novis fulgéntem signis Sanctórum fastis accénsuit.

R. Iste homo perfecit omnia quæ locúsus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingrédere in réquiem meam: * Quia te vidi justum coram me ex ómnibus géntibus. V. Iste est, qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad cælestia regna. Quia. Glória Patri. Quia.

In III Nocturno Homilia in Evangelium Nolite timere, de Communi Confessoris non Pontificis 2 loco.

IX Lectio de Homilia Feria.

AD LAUDES

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. R. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Bened. Ant. Euge, serve bone * et fidélis, quia in pauca fuisti fidélis, supra multa te constítuam, intra in gáudium Dómini tui.

Oratio

Deus, qui beátum Cle-méntem Mariam miro fidei róbre et invictæ constantiæ virtúte deco-rásti: ejus méritis et ex-émplis fac nos, quæsumus, ita fortes in fide et caritaté fervéntes, ut præ-mia consequámur ætér-na. Per Dóminum no-strum Jesum Christum, Filium tuum: Qui tecum.

Et fit Commemoratio Feria.

IN II VESPERIS

V. Justum, ut supra.

Ad Magnif. Ant. Hic vir despiciens mundum * et terréna, triúmphans, divi-tias cælo cóndidit ore, manu.

Et fit Commemoratio Feria.

Die 7 Aprilis

BEATI
HERMANNI JOSEPHI

Confessoris

Duplex

IN I VESPERIS

V. Amávit eum Dómi-nus, et ornávit eum. (T. P. Allelúja.) R. Stolum glóriæ induit eum. (T. P. Allelúja.)

Ad Magnif. Ant. Similá-bo eum * viro sapiénti,

qui ædificávit domum su-am supra petram. (T. P. Allelúja.)

Oratio

Deus, qui beátum Her-mánnum Joséphum Confessórem tuum in be-nedictionibus dulcédinis a puerítia prævenísti: præsta, quæsumus; ut in-nocéntis et sanctæ vitæ ejus vestigiis insistentés, ad cælestem pátriam, in qua glóriósus exsultat, secúri perveniámus. Per Dóminum nostrum.

Et, in Quádragesima, fit Commemoratio Feria.

In I Nocturno, in Quadra-gesima, Lectiones Beátus vir, de Communi Conf. non Pont. 1 loco.

In II Nocturno

Lectio iv

Beátus Hermánnus Co-loniénsis: Quem inter innúmeros favóres beatís-sima Virgo Joseph vocári voluit, septénnii tempus cum attigisset, stúdiis est applicátus litterárum: ac mox mirum in modum di-vino Spíritu inspirátus, totus ad Dei beatíssimæ-que Deiparæ cultum pué-rulus est convérsus; cujus ecclésiám, in Capitólio

nuncupátam, frequentáre, et imáginem, oblátis ét-iam puerilibus munúsculis, coævís suis interim ludéntibus, honoráre con-suévit. Jam tum ætérna Sapiéntia et beatíssima Virgo novo huic Samuéli cælestibus se revelatió-nibus cœpérunt manifestá-re; ita ut étiam cum puéro Jesu ludéndo facultas ei indúlta fúerit a pia Matre misericórdiæ, quæ párvu-li sui inópiam miro modo subinde sublevávit. Cum autem jam duódecim es-set annórum, ad ecclési-am Steinfeldénsem sac-cri órdinis Præmonstra-ténsis perdúctus, níveo ejúsdem sacræ religiónis amíctu indútus est.

R. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívit eum ab inimícis, et a se-ductóribus tutávit illum: * Et dedit illi claritátem ætérnam. (T. P. Allelúja.) V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei. Et.

Lectio v

Cæpit puer religiósus trédecim jam annórum, tam apud Deum, quam apud hómines pro-

ficere sapientia et aetate. Incredibili se abstinencia affligebat, simplicis panis et aquae quasi consuetudinaria refectioe contentus: addidit strati duritiem, capite super lapidem, corpore super lignum requiescens. Suavissimo caelitus odore ad ingressum templi, et sub ipsis divinis officiis, saepius reficitur: Christi Domini, beatissimae Virginis, Angelorum et aliorum Sanctorum crebris honoratur visionibus et visitationibus, imprimis vero sanctae Ursulae et Sociarum ejus, in quarum honorem plura composuit carmina, pietatis plena, quarumque in ecclesia sacrosantum sacrificium offerre consuevit, quando Coloniae commorabatur.

R. Amavit eum Dominus, et ornavit eum: stolam gloriae induit eum, * Et ad portas paradisi coronavit eum. (T. P. Alleluja.) V. Induit eum Dominus loriceam fidei, et ornavit eum. Et.

Lectio vi

Ingentibus a Deo probationibus exercitatus, morbis afflictus, ab homi-

nibus subinde despectus, a daemone vexatus, aliisque innumeris tentationibus probatus, complures sibi contexit patientiae coronas. Quantum erga tremendum altaris sacrificium moveretur, ex multis ejus patuit revelationibus, ecstasibus et aliis mirabilibus, quae circa sanctissimum Sacramentum occupato acciderunt. Virtute castitatis excelluit. Virtus autem humilitatis fuit specialiter virtus Joseph, quae super virtutes alias in ipsius corde, una cum virtute caritatis Dei et proximi thronum regalis celsitudinis obtinebat. Prophetico spiritu claruit, quantum martyrium sancti Engelberti Archiepiscopi Coloniensis, tum propriam mortem et locum sepulturae praedixit. Quinta post Pascha feria, anno ut traditur millesimo ducentesimo trigesimo tertio egregiis meritis clarus in monasterio Hoven prope Tolbiacum in manus sui Jesu spiritum reddidit. Quiescit Steinfeldiae, omnis generis miraculis post mortem nobilitatus.

R. Iste homo perfecit omnia quae locutus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingrede in requiem meam:

Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus. (T. P. Alleluja.) V. Iste est, qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad caelestia regna: Quia, Gloria Patri. Quia.

In III Nocturno Homilia in Evangelium Confiteor tibi, Pater, de Communi Abbatum 2 loco.

In Quadragesima IX Lectio de Homilia Feria.

AD LAUDES

V. Justum deduxit Dominus per vias rectas. (T. P. Alleluja.) R. Et ostendit illi regnum Dei. (T. P. Alleluja.)

Ad Bened. Ant. Euge, serve bone * et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui. (T. P. Alleluja.)

Oratio

Deus, qui beatum Hermannum Josephum Confessorem tuum in benedictionibus dulcedinis a pueritia praevenisti: praesta, quaesumus; ut inno-

centis et sanctae vitae ejus vestigiis insistentes, ad caelestem patriam, in qua gloriosus exultat, securi perveniamus. Per Dominum nostrum.

Et, in Quadragesima, fit Commemoratio Feriae.

IN II VESPERIS

V. Justum deduxit Dominus per vias rectas. (T. P. Alleluja.) R. Et ostendit illi regnum Dei. (T. P. Alleluja.)

Ad Magnif. Ant. Hic vir despiciens mundum * et terrena, triumphans, divitias caelo condidit ore, manu. (T. P. Alleluja.)

Et, in Quadragesima, fit Commemoratio Feriae.

Die 21 Aprilis

S. CONRADI
A PARZHAM

Confessoris.

Duplex

V. Amavit eum Dominus, et ornavit eum, alleluja. R. Stolam gloriae induit eum, alleluja.

Ad Magnif. Ant. Similabo eum * viro sapienti, qui aedificavit domum suam supra petram, alleluja.

Oratio

Deus, qui misericordiae tuae januam fidelibus patere voluisti: te supplices exoramus; ut, intercedente beato Conrado Confessore tuo, temporalia subsidia nobis tribuas et aeterna. Per Dominum nostrum.

Et sit Commemoratio S. Anselmi Ep., Conf. et Doct.

Ant. O Doctor optime, Ecclesiae sanctae lumen, beate Anselme, divinae legis amator, deprecare pro nobis Filium Dei, alleluja.

V. Justum deduxit Dominus per vias rectas, alleluja. R. Et ostendit illi regnum Dei, alleluja.

Oratio

Deus, qui populo tuo aeternae salutis beatum Anselmum ministrum tribuisti: praesta, quaesumus; ut, quem Doctorem vitae habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in caelis. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat.

In I Nocturno, si dicendae sint de Communi, Lectiones Beatus vir, de Communi Conf. non Pontificis 1 loco.

In II Nocturno

Lectio iv

Conradus, in rurali praedio ad oppidum Parzham in diocesi Passaviensi, piis honestisque parentibus natus, inde a puero modestia et solitudinis amore, quanta futurus esset sanctitate, praemonstravit. Mirus jam tum in eo elucebat devotionis fervor, maxime cum in ecclesia oraret; quam longe sitam, neque itinere neque frigore deterritus, frequentare solebat. Summo erga beatam Virginem amore inflammatus, quotidie ejus Rosarium assidue iterabat, diebusque festis persaepe ad remotiora ipsius Deiparae sanctuaria pergabat: ex quibus pedestribus peregrinationibus, jugiter orando susceptis, domum remeabat sub vesperum fere semper jejunos. Integra juventute in agrorum cultura transacta, ut arcetius Deo adhereret eique liberius famularetur, mundo valedicere statuit; quapropter per amplexu patrimonio abdicato, annum agens primum supra trigésimum inter fratres lai-

cos ordinis Minorum Capuccinorum adnumerari obtinuit.

R. Honestum fecit illum Dominus, et custodivit eum ab inimicis, et a seductoribus tutavit illum: Et dedit illi claritatem aeternam, alleluja. V. Justum deduxit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei. Et.

Lectio v

Statim ab emissa professione, ad sanctae Annae conventum civitatis Vetœtingae missus fuit; locus autem celebris est et frequentissimus inter cetera Germanicae ditionis Mariana sanctuaria, adeo ut plura fidelium centena millia illuc singulis annis conveniant. Ob tantum ad eandem civitatem concursum, per difficile in cenobio evadit janitoris officium; quod Conradus, cui hujusmodi munus statim ab ejus adventu fuerat demandatum, ad obitum usque retinuit, et tamquam exempli apostolatum explavit. Impiger in labore, parcus in loquendo, erga pauperes largus, in peregrinis excipiendis juvandisque

promptus, per annos quadraginta et amplius ostiarii onus aequanimiter gessit, maximo incolarum et peregrinorum emolumento, in omnibus tum animae tum corporis necessitatibus.

R. Amavit eum Dominus, et ornavit eum: stolam gloriae induit eum, Et ad portas paradisi coronavit eum, alleluja. V. Induit eum Dominus loriceam fidei, et ornavit eum. Et.

Lectio vi

Virtutibus omnibus praecellens, silentium summopere adamavit. Per diem subseciva temporis momenta insumebat in quodam tuguriolo, januae propinquo, e quo sanctissimam Eucharistiam invisere et adorare poterat; de nocte vero horas subripiabat somno, quas in fratrum conditorio vel in ecclesia orationi dabat. Etsi consenuisset, quieti numquam se tradidit, sed in laboribus piisque exercitiis ad extremum usque perrexit. Revera quadam die cum pluribus peregrinantium turmis satisfaceret, agnovit corporis

viribus prorsus destituit; ac triduo post, undécimo Kalendas Maji, obdormivit in Dómino, anno millésimo octingentésimo nonagésimo quarto, ætatis suæ septuagésimo quinto. Hunc Dei famulum, heróicis virtútibus et miraculis clarum, Pius Papa undécimus, anno millésimo nongentésimo trigésimo inter Beátos réttulit; novisque miraculis fulgéntem, quadriénno post, idem Summus Póntifex Sanctorum fastis solémniter adscrípsit.

R. Iste homo perfécit ómnia quæ locútus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingrédere in réquiem meam: * Quia te vidi justum coram me ex ómnibus gentibus, allelúja. V. Iste est, qui contépsit vitam mundi, et pervénit ad cæléstia regna. Quia, Glória Patri. Quia.

Si hoc Festum ad instar Simplices redigatur, et de ipso IX Lectio juxta Rubricas sit dicenda, sumi potest sequens.

Lectio ix

Conradus in oppido Parzham diocesis Passaviensis piis hone-

stisque paréntibus natus, inde a púero, modéstia et solitúdinis amóre, quanta futúrus esset sanctitate, præmonstrávit. Integra juventute, in agrórum cultúra transácta, ut Deo libérius famularétur, mún-do valedicere stáuit; quapropter, perámplo patri-mónio abdicáto, inter fratres láicos órdinis Minórum Capuccinórum adnumerári obtínuit. Statim ab emissa professione, ad sanctæ Annæ conventum civitatis Vetcetingæ missus est, ibique janitóris officio addictus; quod ad óbitum usque máximo proximórum emolumento in ómnibus tum animæ tum corpóris necessitatibus exércuit. Erga Eucharístiam assíduo flagrávit devotiónis afféctu, et Deiparam Virgínem tamquam matrem quotidíanis obséquiiis coluit. Migrávit ad Dóminum anno millésimo octingentésimo nonagésimo quarto, ætatis suæ septuagésimo quinto.

Te Deum laudamus.

In III Nocturno Homilia in Evangelium Sint lumbi vestri præincti, de Comuni Conf. non Pontificis 1 loco.

Pro S. Anselmo:

Lectio ix

Anselmus, Augustæ Præ-tóriæ in finibus Itáliæ, nobilibus et cathólicis paréntibus natus, adolésens, pátria et bonis ómnibus derelictis, in monastério Beccénsi órdinis sancti Benedicti emissa regulári professione, in litteris et virtútibus assequéndis mirum in modum profécit. Régibus, episcopis veneratióni fuit, et sancto Gregório séptimo étiam accéptus, qui tunc, persecutióibus agítatus, litteras amóris plenas ad eum dedit, se et Ecclési-am ejus oratióibus coméndans. Defuncto Lanfráncio archiepiscopo Cantuariénsi, ejus olim præceptóre, ad ejúsdem ecclésiæ régimen vocátus, verbo et exémplo, scriptis et conciliis celebrátis, pristinam pietátem et ecclesiásticam disciplinam redúxit. Sed cum mox Willélmus rex vi et minis jura Ecclésiæ usurpáre tentáset, ipseque invicte restitisset, bonórum direptionem et exsilium passus, Romam ad Urbánum secúndum se contulit. A

quo honorífice excéptus et summis laudibus ornátus, in Barénsi concílio Spíritum Sanctum étiam a Filio procedéntem, contra Græcorum errórem, in número Scripturárum et sanctorum Patrum testimoniis propugnávit. Post mortem Willélmí, ab Henrico rege ejus fratre in Angliam revocátus, obdormívit in Dómino.

Te Deum laudamus.

AD LAUDES

V. Justum deduxit Dóminus per vias rectas, allelúja. R. Et osténdit illi regnum Dei, allelúja.

Ad Bened. Ant. Euge, serve bone * et fidélis, quia in pauca fuísti fidelis, supra multa te constituam, intra in gáudium Dómini tui, allelúja.

Oratio

Deus, qui misericórdiæ tuæ jánuam fidélibus patére voluísti: te supplices exorámus; ut, intercedente beáto Conrado Confessóre tuo, temporália subsidia nobis tribuas et æténa. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Filium tuum: Qui tecum.

Et fit Commemoratio S. Anselmi:

Ant. Euge, serve bone et fidélis, quia in pauca fusti fidélis, supra multa te constituam, dicit Dóminus, allelúja.

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum, allelúja. R. Stolum glóriæ induit eum, allelúja.

Oratio

Deus, qui pópulo tuo æternæ salutis beatum Anselmum ministrum tribuisti: præsta, quæsumus; ut, quem Doctorem vitæ habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in cælis. Per Dóminum nostrum.

IN II VESPERIS

V. Justum deduxit Dóminus per vias rectas, allelúja. R. Et ostendit illi regnum Dei, allelúja.

Ad Magnif. Ant. Hic vir despiciens mundum * et terræna, triumphans, divitias cælo condidit ore, manu, allelúja.

Oratio

Deus, qui misericordiæ tuæ januam fidelibus patere voluisti: te supplices exoramus; ut, interce-

dente beato Conrado Confessore tuo, temporalia subsidia nobis tribuas et æterna. Per Dóminum.

Et fit Com. sequentis:

Ant. Lux perpétua lucébit Sanctis tuis, Dómine, et æternitas temporum, allelúja.

V. Sancti et just, in Dómino gaudete, allelúja. R. Vos elégit Deus in hereditatem sibi, allelúja.

Oratio

Gregem tuum, Pastor æternæ, placatus intende: et per beatos Sotërem et Cajum Mátyres tuos atque Summos Pontifices perpétua protectione custodi, quos totius Ecclésiæ præstitisti esse pastores. (Per Dóminum.)

Deinde Com. S. Anselmi:

Ant. O Doctor óptime, Ecclésiæ sanctæ lumen, beate Anselme, divinæ legis amátor, deprecáre pro nobis Filium Dei, allelúja.

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum, allelúja. R. Stolum glóriæ induit eum, allelúja.

Oratio Deus, qui pópulo, ut supra.

Die 27 Aprilis

S. PETRI CANISII
Conf. et Eccl. Doct.

Duplex II classis

Omnia de Communi Conf. non Pont. præter ea, quæ hac die in Breviario habentur propria.

In I Vesperis non fit Commemoratio præcedentis.

In I Nocturno Lectiones Sapientiam, de Communi Doctorum.

In II Vesperis Commemoratio sequentis tantum.

Die 13 Maji

S. SERVATII

Episcopi et Confessoris
Simplex

In Vesperis Ant. Sacerdos et Póntifex, et virtutum ópifex, pastor bone in pópulo, ora pro nobis Dóminum, allelúja.

V. Justum deduxit Dóminus per vias rectas, allelúja. R. Et ostendit illi regnum Dei, allelúja.

Oratio

Deus, qui dedisti pópulo tuo sanctum Servatium prædicatorem: concede, quæsumus; ut tanti Pontificis intercessióne ab ómnibus ubique liberemur adversis, et tranquillâ prosperitate in tuâ laude lætemur. Per Dñm.

Lectio ix

Sanctus Servatius, ecclésiæ Tungrensensis versus annum trecentésimum quadragesimum episcopus, toto christiano orbe Ariana hæresi exagitato, sanctitate, doctrina et fidei puritate mire eluxit. Interfuit universali concilio Sardicensi, ubi fides Nicæna synodi confirmata est. Contra Ariana impietatis assertores, ipsumque imperatorem Constantium, illis faventem, constantissimus perseveravit. Una cum Maximino, episcopo Trevirensi, legatus ad Constantium missus, Alexandria a sancto Athanasio honorifice fuerunt excepti. Interfuit Servatius concilio Ariminensi, ubi fraudem dolosque Arianorum delusit fidemque catholicam fortissime propugnavit. Dum barbaræ gentes Galliam vastarent, Servatius cladem a sua civitate multis effusis precibus avertere conatus, Trajecti ad Mosam sancte e vita cessit anno trecentésimo octogésimo quarto. Fuit, ut sanctus Gregorius Turonensis episco-

pus testatur, Servatius vir eximiae sanctitatis, vigiliis et jeuniis assidue vacans; idem asserit, corpus sancti Servatii magnis suo tempore virtutibus polle- re, quae cum miraculis ad ejus tumulum alibique frequenter viri sanctitatem comprobant. Sacrum ejus corpus elevatum et splendidius repositum est a sancto Huberto, post magnam cladem Saracenis a Carolo Martello ipso die festo sancti Servatii inflictam.

Te Deum laudamus.

Ad Laudes Ant. Sacerdos et Pontifex, et virtutum opifex, pastor bone in populo, ora pro nobis Dominum, alleluja.

V. Amavit eum Dominus, et ornavit eum, alleluja. R. Stulam gloriae induit eum, alleluja.

Oratio

Deus, qui dedisti populo tuo sanctum Servatium praedicatorum: concede, quaesumus; ut tanti Pontificis intercessione ab omnibus ubique liberemur adversis, et tranquilla prosperitate in tua laude laetemur. Per Dominum nostrum.

Die 5 Junii

S. BONIFATII

Episcopi et Martyris

Duplex II classis

Omnia de Communi Martyrum Temp. Pasch. praeter ea, quae hac die in Breviario habentur propria.

In I Vesperis Commemoratio praecedentis.

In I Nocturno Lectiones A Miléto, de Communi unius Martyris extra Temp. Pasch. cum RR. de Communi Temp. Pasch.

In II Vesperis Commemoratio sequentis.

Die 12 Junii

S. LEONIS III

Papae et Confessoris

Simplex

In Vesp. Ant. Sacerdos et Pontifex, et virtutum opifex, pastor bone in populo, ora pro nobis Dominum, alleluja.

V. Justum deduxit Dominus per vias rectas, alleluja. R. Et ostendit illi regnum Dei, alleluja.

Oratio

Deus, qui beatum Leonem Confessorem tuum atque Pontificem virtute constantiae in exercendo pastorali munere

contra saeculi potestates roborasti: tribue, quaesumus, nobis famulis tuis; et ejus apud te intercessionibus adjuvari et ab omni hostium impugnatione defendi. (Per Dominum nostrum.)

Deinde fit Commemoratio Ss. Basilidis et Soc. Mm.:

Ant. Lux perpetua lucet Sanctis tuis, Domine, et aeternitas temporum, alleluja.

V. Sancti et justi, in Domino gaudete, alleluja. R. Vos elegit Deus in hereditatem sibi, alleluja.

Oratio

Sanctorum Martyrum tuorum Basilidis, Cyrini, Naboris atque Nazarii, quaesumus, Domine, natalitia nobis votiva resplendant: et, quod illis contulit excellentia sem-

piterna, fructibus nostrae devotionis accrescat. Per Dominum nostrum.

Ad Laudes Ant. Euge, serve bone et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, dicit Dominus, alleluja.

V. Amavit eum Dominus, et ornavit eum, alleluja. R. Stulam gloriae induit eum, alleluja.

Deinde Commemoratio Ss. Martyrum:

Ant. Filiae Jerusalem, venite et videte Martyres cum coronis, quibus coronavit eos Dominus in die solemnitatis et laetitiae, alleluja, alleluja.

V. Pretiosa in conspectu Domini, alleluja. R. Mors Sanctorum ejus, alleluja.

Oratio Sanctorum Martyrum, ut supra.

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. R. Stolam glóriæ induit eum.

Oratio

Deus, qui in Ecclesia tua nova semper instáuras exémpa virtutum: da pópulo tuo beáti Andréæ Confessoris tui atque Pontificis ita sequi vestigia; ut assequátur et præmia. Per Dóminum.

In II Vesperis fit Com. sequentis ut in Breviario et S. Andréæ Corsini Ep. et Conf.:

Ant. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam glóriæ induit eum, et ad portas paradisi coronávit eum.

V. Elégit eum Dóminus sacerdotem sibi. R. Ad sacrificándum ei hóstiam laudis.

Oratio ut supra.

KALENDARIUM

JANUARIUS

28 S. Caroli Magni Imperatoris et Confessoris, Civitatis Aquisgranensis Patroni principalis. Duplex I classis cum Octava communi 3*

FEBRUARIUS

3 De VII die infra Octavam. Semiduplex 8*
4 In Octava. Duplex majus 10*

APPROBATIO

Concordat cum originalibus.

Aquisgrani, die 13 Januarii 1953

Dr. MOSSENER
Vic. Gen.

IMPRIMATUR

Ratisbonæ, die 21 Januarii 1953

JOSEPH FRANZ
Vic. Gen.

Ratisbonæ, sumptibus et typis Friderici Pustet

OFFICIA PROPRIA

DIOECESIS

AQUISGRANENSIS

PARS HIEMALIS

Die 12 Februarii

S. BENEDICTI ANIANENSIS

Abbatis

Simplex

In Vesperis Ant. Similábo eum viro sapiénti, qui ædificávit domum suam supra petram.

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. R. Stolam glóriæ induit eum.

Oratio

Deus, qui nos beáti Benedicti Abbátis doctrína et exémplo erudiri voluisti: concéde propítius; ut quod te donánte promísimus, ejúsdem patrocínio adimplére valeámus. Per Dóminum nostrum.

Lectio ix

Benedictus Anianénsis in aula Pipíni regis studiosissime enutritus sub eódem príncipe ejúsque filio Cárolo Magno

aliquámdiu militávit: Sed cúriæ et armórum pertæsus, rebus ómnibus abdicátis, ad sancti Séquani monastérium in Burgundiónibus se cõntulit, ubi cum religiõnis hábitu novum hóminem induit. Cum cellárii munus annos áliquot egrégie obiísset, in Abbátis defúnci locum ómnium votis próxime substituendus accessit, et in pátriam redux in patérno solo excitáta cèllula ad rivum Anianum, qui póstea monastério nomen dedit, in summa rerum ómnium penúria cum frátribus áliquot aliquámdiu vixit. Felici Urgellitáno et Elipándo, qui Nestoriánam háeresim suscitáre videbántur, et voce et scriptis fórtiter óbstitit: pluriúsque erróris illius labe inféctos ad saniórem mentem revocávit et Ecclesiæ restituit. Ludovico Pio,

Propr. Aquisgranen. P. Hiemalis

apud quem egenorum patrónus erat, ádeo accéptus fuit, ut quo facilius Imperátor uti posset ipsius ope et consiliis, non longe ab Aquisgráno ad Indam flúvium monastérium illi ædificándum curáverit, in quo Benedictus cum triginta fratribus sédulo incubuit omnibus pietátis officis ac reguláribus exercitiis. Ejúsdem imperátoris favóre ac auctoritate collabéntem in Galliárum et Germaniæ monastéris regulárem disciplinam restituéndam curávit. Aquisgranénsi concilio interfuit, cui étiam cogéndo non medióriter allaboráverat. Plura erudite scripsit, inter quæ émicat Concórdia Regulárum. Instánte morte fratribus salutária mónita dedit et inter orándum ánimus Deo réddidit anno ætátis septuagésimo, Christi octin-

gentésimo vigésimo primo, tértio Idus Februárii. Corpus ejus in monastério sancti Cornélii ad Indam sepúltum est in lapídeo lóculo, quem Ludovicus Imperátor ei paráverat.

Te Deum laudámus.

Ad Laudes Ant. Euge, serve boné et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constituam, intra in gáudium Dómini tui.

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. R. Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio

Deus, qui nos beáti Benedicti Abbátis doctrina et exémplo erudiri voluísti: concéde propítius; ut quod te donánte promísimus, ejúsdem patrocínio adimplére valeámus. Per Dóminum.

KALENDARIVM

FEBRUARIUS

12 S. Benedicti Anianensis Abbatis. Simplex

pag. 1*

SUPPLEMENTUM

In Civitate Aquisgranensi tantum:

Die 28 Januarii

* In Festo

S. CAROLI MAGNI

Imperatoris et Conf., Civitatis Aquisgranensis Patroni principalis

Duplex I classis cum Octava communi

Omnia de Communi Conf. non Pontificis præter ea, quæ hic habentur propria.

IN I VESPERIS

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. R. Stolam glóriæ induit eum.

Ad Magnif. Ant. Similábo eum * viro sapiénti, qui ædificávit domum suam supra petram.

Oratio

Omnipotens et misericors Deus, qui a glória tua nullam excludis condiciónem, te suppliciter exorámus, ut, sicut beáto Cárolo Confessóri tuo post terréni culmen cælestis regni sólium contulísti: ita méritis ejus et præcibus nobis quoque fámulis tuis, æternæ felicitátis præmia largiáris. Per Dóminum nostrum.

* Celebratur ex antiquissimo Civitatis usu.

In I Nocturno Lectiones Beátus vir, de Communi Conf. non Pont. 1 loco.

In II Nocturno

Lectio iv

Cárolus, propter ingénii et rerum, quas gessit, magnitudinem, cognóméto Magnus insignitus, patre Pipíno, primo post Merovíngios Francórum rege, et matre Bertráda natus est. Paulo diacono et Alcuíno presbýtero præceptóribus usus est et haud vulgárem notítiam rerum divinárum et philosophiæ assecúsus, bonárum ártium scientiarúmque æmulátor ac fautor semper permánsit. Patris jussu ab anno ætátis décimo quinto ad militiam se applicávit, in qua ádeo excélluit, ut quadraginta fere annos bella geréndo numquam prælio victus exíverit. Postquam patri primum cum fratre Carlománo, dein, hoc mórtuo, solus in regno succéssit, præclaríssimas réttulit victórias, quibus dum regnum suum super tot pópulos extén-

** Propr. Aquisgranen. P. Hiemalis

dit, simul Christi Ecclesiam et sancti Petri sedem mirifice protexit et ampliavit, ita ut die natali Domini anni octingentesimi a sancto Leone tertio Imperatoris Romani dignitatem a Sede Apostolica populo acclamante accipere meruerit.

R. Honestum fecit illum Dominus, et custodivit eum ab inimicis, et a ductoribus tutavit illum: * Et dedit illi claritatem aeternam. V. Justum deduxit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei. Et.

Lectio v

Bellica vero cum fortitudine pietatem christianam ac proximi caritatem raro exemplo ita conjunxit, ut dubitari possit, in qua magis praecelleret. In aedibus sacris rem divinam assidue obibat. Romam quater adiit, tum ut Principum Apostolorum limina sacra salutaret ac veneraretur, tum ut sancti Petri successorem contra rebelles adjuvaret. Eandem Sanctam Sedem sublimare cupiens, eique terras sibi subiectas arctiore vinculo

unire desiderans, Liturgiam Romanam in regni sui Ecclesiis inducendam curavit. Praecipua anni festa, imprimis Nativitatis et Paschatis, a bellorum et itinerum opera quiescens, potissimum Aquisgrani, ubi aedem magnificentissimam Deiparae construxit, agere solerat. Fastos Martyrum et homilias sanctorum Patrum collegit et per anni circulum distributa, sancto Hadriano Pontifice Romano annuente, populo proposuit. Episcopales sedes in Germania complures erexit et munificentissime dotavit, Monasteriensem videlicet, Mindensem, Halberstadiensem, Osnabrugensem, Paderbornensem, Hildesiensem, Verdensem et Bremensem. Multas quoque ecclesias et monasteria extruxit. De ecclesiastica disciplina maxime sollicitus, complura Aquisgrani et aliis locis Concilia celebranda curavit et Ecclesiae legibus civiles in Capitularibus suis accomodavit. Qui dum a Romanis Pontificibus atque Episcoporum Conciliis Rex Christianissimus,

Sanctae Dei Ecclesiae Defensor atque dilectus Filius praedicari meruit, se ipsum humilem adiutorem nominans, devotum in omnibus se Apostolicae Sedis defensorem exhibebat.

R. Amavit eum Dominus, et ornavit eum: stolam gloriae induit eum, * Et ad portas paradisi coronavit eum. V. Induit eum Dominus loricae fidei, et ornavit eum. Et.

Lectio vi

In cibo potuque semper valdesobrius, jejunia ab Ecclesia praecpta strictissime observabat, alia sponte suscipiebat. Ea fuit in cultu corporis modestia, ut extra summas solemnitates veste communi indutus incederet, sub qua aliam satis horridam ad corpus plurimo vitae tempore gestabat. Longissima ejus in pauperes Christi caritas limitibus imperii claudi non potuit. Widukindo Saxoni toties Deo sibi que perbelli prostratoque aliam legem non imposuit, nisi ut ejurata idololatria Deo et Christo nomen daret. Tandem

multa nefanda a malivolis perpessus, aetate et meritis plenus, Aquisgrani in morbum incidit, in quo ab Hildeboldo Archiepiscopo Coloniensi sacro viatico refectus, cum singula membra crucis signo signasset, psallens versiculum: „in manus tuas, Domine“, spiritum Deo reddidit, quinto Kalendas Februarii anno salutis octingentesimo decimo quarto, aetatis septuagesimo secundo, regni quadagesimo septimo, imperii vero decimo quarto. Cujus corpus in Aquisgranensi Basilica ab ipso aedificata tumulatum hodie inter pretiosissima Domini, Dei Genitricis atque Sanctorum reliquias, magno fidelium concursu honoratur.

R. Iste homo perfecit omnia quae locutus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingrederere in requiem meam: * Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus. V. Iste est, qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad caelestia regna. Quia. Gloria Patri. Quia.

In III Nocturno

Lectio sancti Evangelii
secundum Lucam

Lectio vii Cap. 19, 12-26

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, et reverti. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrósii
Episcopi

Liber 8 in Lucam

Bonus ordo, ut vocaturus gentes, et Judæos jussurus interfici, qui noluerunt regnare supra se Christum, hanc præmitteret comparationem, ne diceretur: Nihil dederat populo Judæorum; unde poterat melior fieri? ut quid ab eo, qui nihil recepit, exigitur? Non mediocris ista est mna, quam supra mulier evangelica, quia non invenit, lucernam accendit, lumine quærit admoto, gratulatur inventam.

R. Istè est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et de omni corde suo laudavit Dominum: * Ipse intercédât pro peccatis omnium populó-

rum. V. Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, et permanens in innocentia sua. Ipse.

Lectio viii

Denique ex una decem mnas alius fecit, alius quinque. Fortasse iste moralia habet, quia quinque sunt corporis sensus; ille duplicia, id est, mystica legis, et moralia prohibitatis. Unde et Matthæus quinque talenta, et duo talenta posuit: in quinque talentis ut sint moralia, in duobus utrumque, mysticum atque morale. Ita quod numero inferius, re uberius.

R. Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in manibus vestris: * Et vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando revertatur a nuptiis. V. Vigiláte ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Et. Glória Patri. Et.

Lectio ix

At hic possumus decem mnas decem verba intelligere, id est, legis doctrinam; quinque autem mnas, magisteria disciplinæ. Sed legisperitum in

omnibus volo esse perfectum. Non enim in sermone, sed in virtute est regnum Dei. Bene autem, quia de Judæis dicit, duo soli multiplicatam pecuniam deferunt; non utique æris, sed dispensationis usuris. Alia est enim pecunia fœnebris, alia doctrinæ cælestis usura.

Te Deum laudamus.

AD LAUDES

V. Justum deduxit Dominus per vias rectas. R. Et ostendit illi regnum Dei.

Ad Bened. Ant. Euge, serve bone * et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constitutam, intra in gaudium Domini tui.

Oratio

Omnipotens et misericors Deus, qui a gloria tua nullam excludis conditionem, te suppliciter exoramus, ut, sicut beato Carolo Confessori tuo post terræ culmen cælestis regni solium contulisti: ita meritis ejus et precibus nobis quoque famulis tuis, æternæ felicitatis præmia largiaris. Per Dominum nostrum.

Ad Laudes tantum fit Com. S. Petri Nolasci Conf.:

Ant. Similabo eum viro sapienti, qui ædificavit domum suam supra petram.

V. Amavit eum Dominus, et ornavit eum. R. Stola gloriæ induit eum.

Oratio

Deus, qui in tuæ caritatis exemplum, ad fideliū redemptionem sanctum Petrum Ecclesiam tuam nova prole fecundare divinitus docuisti: ipsius nobis intercessionem concede; a peccati servitute solutis, in cælesti patria perpétua libertate gaudere: Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus.

IN II VESPERIS

V. Justum deduxit Dominus per vias rectas. R. Et ostendit illi regnum Dei.

Ad Magnif. Ant. Hic vir despiciens mundum * et terræna, triumphans, divitias cælo condidit ore, manu.

Et fit Commemoratio sequentis, ut in Breviario.

PRO COMMEMORATIONE
OCTAVÆ

IN I VESPERIS

Ant. Similábo eum viro sapiénti, qui ædificávit domum suam supra pe-
tram.

V. Amávit eum Dómi-
nus, et ornávit eum. R.
Stolam glóriæ induit eum.

AD LAUDES

Ant. Euge, serve bone
et fidélis, quia in pauca
fuísti fidélis, supra multa
te constituam, intra in
gáudium Dómini tui.

V. Justum dedúxit Dó-
minus per vias rectas. R.
Et osténdit illi regnum
Dei.

In Laudibus S. Francisci
Salesii sumitur Versus, in
Laudibus S. Joannis Bosco
autem Antiphona cum Versu
e I Vesperis.

IN II VESPERIS

Ant. Hic vir despiciens
mundum et terréna, tri-
úmphans, divítias cælo
côndidit ore, manu.

V. Justum, ut supra.

In II Vesperis S. Francisci
Salesii sumitur Versus e I
Vesperis, in I Vesperis autem
S. Ignatii Mart. Antiphona e
Laudibus, Versus e I Ve-
speris.

Die 3 Februarii
DE VII DIE
INFRA OCTAVAM
S. CAROLI MAGNI

Imperatoris et Conf.
Semiduplex

Ad Matutinum et reliquas
Horas Antiphonæ, Psalmi et
Versus Nocturnorum de oc-
currenti hebdomadæ die, ut
in Psalterio; reliqua ut in
Festo, præter Lectiones, quæ
in I Nocturno dicuntur de
Scriptura occurrenti cum suis
Responsoriis de Tempore, in
II et III Nocturno ut infra.

In II Nocturno Lectiones
Beáti Caróli dies, de Com-
muni Conf. non Pont. 1 loco.

In III Nocturno

Lectio sancti Evangélii
secúndum Lucam

Lectio vii Cap. 19, 12-26

In illo tẽpore: Dixit Je-
sus discipulis suis pa-
râbolam hanc: Homo qui-
dam nôbilis âbiit in regiõ-
nem longinquam accipere
sibi regnum et revérti. Et
reliqua.

De Homilia sancti Am-
brósii Episcopi
Liber 8 in Lucam

Dénique, cum Dóminus
dicit: Quare non de-
disti pecúniã meã ad
mensã? non nostrã,
sed suã pecúniã quærít

usúram. Unus in terra se
abscondisse dicit; quod
rationem, quæ ad imâgi-
nem et similitúdinem Dei
data est nobis, stúdio vo-
luptátis ôbruit, et tam-
quam in fovea carnis abs-
côndit. De aliis silétur,
qui quasi prôdigi debitõ-
res, quæ accéperant, pro-
didérunt. In duóbus illis
pauci sunt, qui per duas
vices ad cultóres vineæ
destinãti sunt, in réliquis
omnes Judæi.

R. Iste est, qui ante De-
um magnas virtútes ope-
rãtus est, et de omni cor-
de suo laudãvit Dómi-
num: * Ipse intercédât
pro peccãtis ómnium po-
pulórum. V. Ecce homo
sine queréla, verus Dei
cultor, ábstinens se ab
omni ópere malo, et pér-
manens in innocéntia sua.
Ipse.

Lectio viii

Quam comparatiõnem
Matthæus étiam no-
bis vóluit aptãre, quod si-
militer, ut dives, qui pe-
cúniã suã non impér-
tit paupéribus, ita étiam,
qui doctrinæ suæ grãtiam
non dividit imperitis, do-
cère cum possit, haud me-
diocris reus est culpæ. De

quo quóniam in libris de
Fide scriptis diximus,
transcurrere melius fuit.

R. Sint lumbi vestripæ-
cincti, et lucernæ ardén-
tes in mânibus vestris:
* Et vos símiles homíni-
bus exspectãntibus dómi-
num suum, quando rever-
tãtur a núptiis. V. Vigi-
lãte ergo, quia nescitis
qua hora Dóminus vester
ventúrus sit. Et. Glória
Patri. Et.

Lectio IX de S. Blasio
Ep. et Mart., ut in Breviario,
et sit ejus Commemoratio in
Laudibus.

Vesperæ de sequenti, Com-
S. Andræ Corsini, Ep. et
Conf.:

Ant. Sacérdos et Pónti-
fex, et virtútum ópifex,
pastor bone in pópulo,
ora pro nobis Dóminum.

V. Justum dedúxit Dó-
minus per vias rectas. R.
Et osténdit illi regnum
Dei.

Oratio

Deus, qui in Ecclésia
tua nova semper in-
stãuras exempla virtú-
tum: da pópulo tuo beãti
Andræ Confessóris tui
atque Pontificis ita sequi
vestigia; ut assequãtur et
præmia. Per Dóminum.

Die 4 Februarii
IN OCTAVA
S. CAROLI MAGNI
Imperatoris et Conf.

Duplex majus

Ad Matutinum et reliquas Horas Antiphonæ, Psalmi et Versus Nocturnorum de occurrenti hebdomadæ die, ut in Psalterio; reliqua ut in Festo præter Lectiones, quæ in I Nocturno dicuntur de Scriptura occurrenti cum suis Responsoriis de Tempore, in II et III Nocturno ut infra.

In II Nocturno Lectiones Deridetur, de Communi Conf. non Pont. 2 locò.

In III Nocturno

Lectio sancti Evangelii
secundum Lucam

Lectio vii Cap. 19, 12-26

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, et reverti. Et reliqua.

Homilia sancti Bedæ Venerabilis Presbyteri

Ex Comm. in Luc. Lib. 5,
cap. 78

Homo nobilis ille est, cui cæcus supra clamabat: Fili David, miserere mei. Longinqua ré-

gio Ecclesia est ex gentibus, de qua eidem homini nobili, qui loquitur: Ego autem constitutus sum Rex ab eo, dicitur a Patre: Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ. Quæ videlicet hereditas ac possessio bifaria ratione regio longinqua vocatur: vel quia a finibus terræ clamat ad Dominum; vel quia longe est a peccatoribus salus. Et cum Deus ubique sit præsens, longe tamen ab eorum sensu, qui idola colunt, Deus verus abest.

R. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et de omni corde suo laudavit Dominum: * Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. V. Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, et permanens in innocentia sua. Ipse.

Lectio viii

Vocatis autem decem servis suis. Denarius numerus ad legem pertinet propter decalogum. Vocat itaque paterfamili-

lias decem servos, quia eligit discipulos per litteram legis imbuitos. Dat illis decem mnas; quia legis dicta spiritaliter intelligenda revolat. Post passionem quippe resurrectionemque suam aperuit illis sensum, ut intelligerent Scripturas. Mina namque, quam Græci mnas vocant, centum drachmis appenditur; et omnis Scripturæ sermo, quia vitæ cælestis perfectionem suggerit, quasi numeri centenarii pondere fulgescit.

R. Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in manibus vestris: * Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis. V. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Et. Gloria Patri. Et.

Pro S. Andrea Corsini Ep. et Conf.:

Lectio ix

Andream, Florentiæ ex nobili Corsinorum familia natum, parentes precibus a Deo impetrarunt et Deiparæ sponderunt. Adolens pie

educatus, sensim ad vitia proclivis, sæpe a matre increpatus fuit. Ubi autem cognovit se parentum voto beatae Virgini dicatum fuisse, Dei amore succensus, Carmelitarum institutum amplexus est, cujus regimini in Etruria præfectus fuit. Interea Fesulana ecclesia, suo viduata pastore, eum sibi episcopum elegit; quod munus, ne divinae contradiceret voluntati, tandem suscepit, et summo cum animarum zelo et pastoralis sollicitudine adimplevit. Ab Urbano quinto ad sedandas Bononiæ turbas legatus missus, mortalia civium odia, summa prudentia restinxit. Assiduis laboribus ac pœnis confectus, quievit in pace, anno millésimo tercentésimo septuagésimo tertio, ætatis suæ septuagésimo primo. Quem Urbanus octavus Sanctorum numero adscripsit. Te Deum.

Et fit Com. S. Andreae Corsini Ep. et Conf. in Laudibus:

Ant. Euge, serve bone et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, dicit Dominus.

Oratio

Sanctorum Martyrum tuorum Basilidis, Cyrini, Naboris atque Nazarii, quaesumus, Domine, natalitia nobis votiva resplendeant: et, quod illis contulit excellentia sempiterna, fructibus nostrae devotionis accrescat. Per Dominum nostrum.

Ad Laudes Ant. Euge, serve bone et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, dicit Dominus.

V. Amavit eum Dominus, et ornavit eum. R. Stulam gloriae induit eum.

Oratio

Deus, qui beatum Leonem Confessorem tuum atque Pontificem virtute constantiae in exercendo pastorali munere contra saeculi potestates roborasti: tribue, quaesumus, nobis famulis tuis et ejus apud te intercessionibus adjuvari et ab omni hostium impugnatione defendi. Per Dominum.

Deinde Commemoratio Ss. Martyrum;

Ant. Vestri capilli capitibus omnes numerati sunt: nolite timere: multis pas-

seribus meliores estis vos. V. Exsultabunt Sancti in gloria. R. Laetabuntur in cubilibus suis.

Oratio Sanctorum, ut supra.

Die 4 Julii

S. UDALRICI

Episcopi et Confessoris
Duplex

V. Amavit eum Dominus, et ornavit eum. R. Stulam gloriae induit eum.

Ad Magnif. Ant. Sacerdos et Pontifex, * et virtutum opifex, pastor bone in populo, ora pro nobis Dominum.

Oratio

Deus, qui conspicias, quia ex nulla nostra virtute subsistimus: concede propitius; ut, intercessionem beati Udalrici Confessoris tui atque Pontificis, contra omnia adversa muniamur. Per Dominum.

Et fit Commemoratio precedentis:

Ant. Dum esset Summus Pontifex, terrae non metuit, sed ad caelestia regna gloriosus migravit. V. Justum deduxit Dominus per vias rectas.

R. Et ostendit illi regnum Dei.

Oratio

Gregem tuum, Pastor aeternae, placatus intende: et, per beatum Leonem Summum Pontificem, perpetua protectione custodi; quem totius Ecclesiae praestitisti esse pastorem. (Per Dñm.)

Deinde Commemoratio Octavae Ss. Petri et Pauli Apostolorum:

Ant. Petrus Apostolus et Paulus Doctor gentium, ipsi nos docuerunt legem tuam, Domine.

V. Constitues eos principes super omnem terram. R. Memores erunt nominis tui, Domine.

Oratio

Deus, qui hodiernam diem Apostolorum tuorum Petri et Pauli martyrio consecrasti: da Ecclesiae tuae, eorum in omnibus sequi praecipitum; per quos religionis sumpsit exordium. Per Dominum.

In II Nocturno

Lectio iv

Udalricus, excelsa pro sapia Alamannorum patre Hupaldo, comite de

** Propr. Aquisgranen. P. Aestiva

Dillingen et Khyburg, et matre Thietburga natus, puer monachis sancti Galli traditur educandus. Ibi studio litterarum et virtutum zelo, praesertim castimoniae, adeo excelluit, ut coevi „sanctulum“ illum jam abinde ceperint vocitare. In patriam reversus, cognato suo Adalberoni, episcopo Augustano, fideliter deservit et post ejus mortem bonorum suorum patrimoniolum per quatuordecim fere annos curam gessit. Mortuo Hiltino, Adalberonis successore, Udalricus ab Henrico primo rege episcopus ecclesiae Augustanae praeficitur.

R. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei. V. Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocet ei. Manus.

Lectio v

Factus igitur episcopus, totum se contemplationi dedit, et sacrae lectioni: interim nihilominus, ut pastor bonus, summa cura ac sollicitudine ovibus suis invigilabat. Quas, tum saepius visi-

tando, tum quibúsvís in-
gruentibus periculis con-
firmádo, ádeo numquam
deseruit, ut irrumpénti-
bus aliquádo Húngaris
fórtiter resistédo precés-
que férvidas ad Deum ex
ánimo fundédo cives suos
e summo discrimine
feliciter liberáret.

R. Pósuí adjutórium su-
per poténtem, et exaltávi
eléctum de plebe mea: *
Manus enim mea auxiliá-
bitur ei. V. Inveni David
servum meum, óleo sanc-
to meo únxi eum. Manus.

Lectio vi

Componéndis discídiis
et inimicis reconcili-
ándis óperam semper na-
vávít egrégiam; Ottónem
Cæsarem et Liudólphum
ejus filium, gravíssimis in-
ter se dissidentes ódiis,
reconciliávit. Páuperes
quotidie mensæ suæ ad-
hibébat convívas. Absti-
néntia fuit admirábili; in
oratióne étiam ad multam
sæpe noctem assíduus,
lecto plúmeo numquam
est usus. Longum est com-
memoráre, quam multa
ædificárit témpa, quánta-
que per eum Deus contú-
lerit dona. Atque in his
piis stúdiis ac labóribus

per quinquaginta annos
episcopátus múnere dig-
ne et sancte functus óbiit
quinto Nonas Júlias, an-
no Incarnatiónis Domí-
nicæ nongentésimo sep-
tuagésimo tertio. Viginti
annis post a sínodo La-
teranénsi, præsidénte Jo-
ánné Papa quintodécimo,
inter Sanctos relátus est,
quæ fuit prima omnino
inter omnes canonizatió-
nes solémnes. Hujus reli-
quiarum Augústæ Vindelí-
córurum in ecclesiá sanctæ
Afræ, póstea ejus nómine
nuncupáta, religiosíssime
servántur, ubi gloriósa
ejus mérita miraculis co-
rúscant.

R. Iste est, qui ante De-
um magnas virtútes ope-
rátus est, et omnis terra
doctrína ejus repléta est:
* Ipse intercédát pro pec-
cátiis ómnium populórum.

V. Iste est, qui contemp-
sít vitam mundi, et pervé-
nit ad cæléstia regna. p-
se. Glória Patri. pse.

In III Nocturno Homilia in
Evangelium Homo peregre,
de Communi Confessoris Pon-
tificis 1 loco.

Si hoc Festum ad instar
Simplicis redigatur et de ipso
IX Lectio juxta Rubricas sit
dicenda, sumi potest sequens

Lectio ix

Udalricus, excelsa pro-
sápia Alamannórum
natus, puer mónachis
sancti Galli tráditur edu-
cándus, ubi stúdio litte-
rárum et virtútum zelo,
præsértim castimóniæ, ex-
célluit. In pátriam revér-
sus, cognáto suo Adalbe-
róni, episcopo Augustáno,
fidéliter desérviit; cujus
successóre Hiltino demór-
tuo, Udalricus ab Henrí-
co primo rege episcopus
ecclesiæ Augustánæ præ-
ficitur. Factus igitur epí-
scopus; totum se contem-
platióni dedit et sacræ
lectiáni: interim, ut pa-
stor bonus, summa cura
ac sollicitúde óvibus
suis invigilábat; quas ét-
iam irrumpéntibus ali-
quádo Húngaris fórtiter
resistédo precésque fér-
vidas ad Deum fundédo
e summo discrimine felí-
citer liberávit. Ottónem
Cæsarem ejúsque filium
Liudólphum gravíssimis
inter se dissidentes ódiis
reconciliávit. Episcopátus
múnere per quinquaginta
annos digne et sancte
functus óbiit quinto No-
nas Júlias, anno Incarna-
tiónis Domínicæ nongen-

tésimo septuagésimo tér-
tio. A Joánné Papa quin-
todécimo inter Sanctos
relátus est, quæ fuit pri-
ma omnino inter omnes
canonizatiónes solémnes.

Te Deum laudámus.

AD LAUDES

V. Justum dedúxit Dó-
minus per vias rectas. R.
Et osténdit illi regnum
Dei.

Ad Bened. Ant. Euge,
serve bone * et fidélis,
quia in pauca fuisti fidé-
lis, supra multa te consti-
tuam, dicit Dóminus.

Oratio

Deus, qui cónspicis, quia
Dex nulla nostra vir-
túte subsístimus: concéde
propítius; ut, intercessi-
one beáti Udalrici Confes-
sóris tui atque Pontificis,
contra ómnia advérsa mu-
niámur. Per Dóminum.

Et fit Com: Octavæ:

Ant. Gloriósi Príncipes
terræ, quómodo in vita
sua dilexérunt se, ita et
in morte non sunt sepa-
ráti.

V. In omnem terram ex-
ívit sonus eórum. R. Et
in fines orbis terræ verba
eórum.

Oratio

Deus, qui hodiernam diem Apostolorum tuorum Petri et Pauli martyrio consecrasti: da Ecclesiae tuae, eorum in omnibus sequi praecipuum; per quos religionis sumpsit exordium. Per Dominum nostrum.

Vesperae a Capitulo de sequenti, Com. praecedentis:

Ant. Amavit eum Dominus, et ornavit eum: stolam gloriae induit eum, et ad portas paradisi coronavit eum.

V. Justum deduxit Dominus per vias rectas. R. Et ostendit illi regnum Dei.

Oratio

Deus, qui conspicias, quia ex nulla nostra virtute subsistimus: concede propitius; ut, intercessione beati Udalrici Confessoris tui atque Pontificis, contra omnia adversa muniamur. (Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum; Qui tecum.)

Deinde Com. Octavae:

Ant. Petrus Apostolus et Paulus Doctor gentium, ipsi nos docuerunt legem tuam, Domine.

V. Constitues eos principes super omnem terram. R. Memores erunt nominis tui, Domine.

Oratio Deus, qui hodiernam, ut supra.

Die 15 Julii

S. HENRICI
Imperatoris, Confessoris
Duplex

Omnia ut in Breviario praeter ritum, I Vesperae a Capitulo dicuntur de S. Henrico et fit Commemoratio praecedentis.

Die 17 Julii

DEDICATIO ECCLESIAE CATHEDRALIS

Duplex I classis
cum Octava communi

Omnia de Communi Dedicationis Ecclesiae praeter Lectionem sequentem:

Lectio vi

Carolus Magnus Aquisgrani, ob honorem sanctae Dei Genitricis Mariae, Basilicam nostram mirae pulchritudinis extruxit, quam multis ornamentis decoravit, ubi collegium clericorum instituit et scholam cantorum fundavit. Sanctus Leo tertius Papa Aquisgranum veniens, uti vetus est

traditio, anno octingentesimo quinto, die Epiphaniae Domini, multis assistantibus Episcopis, eandem Ecclesiam, ubi Carolus postea sepeliri voluit, solemniter consecravit. Ibidem triginta ferme coronati sunt sacri imperii reges, quorum munificencia praeclearis artis ornamentis Ecclesia donata est. Normanni, anno octingentesimo octogesimo primo, eam nefarie devastarunt, quam paulo post fertur iterum fuisse consecratam; nam per plura saecula festum dedicationis Ecclesiae, die decima septima Julii celebratum est. Decursu temporum Basilica circumdata est perpulchra capellarum corona, eoque accedere consuecunt innumerae fidelium turmae celebrem beatissimae Virginis statuam veneraturae, quam Pius Papa undecimus, qui Romae propria manu diademata benedixerat, solemniter coronari mandavit. Anno millesimo nongentesimo trigesimo, ob denovo erectam Aquisgranensem Diocesim, iterum nostra Ecclesia cathedralis honore insignita fuit.

R. Mane surgens Jacob erigebat lapidem in titulum, fundens oleum desuper, votum vovit Domino: Vere locus iste sanctus est, et ego nesciebam. V. Cumque evigilasset Jacob de somno, ait. Vere. Gloria Patri. Vere.

Et in Laudibus tantum, fit Commemoratio S. Alexii Confessoris.

Ant. Euge, serve bone et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.

V. Justum deduxit Dominus per vias rectas. R. Et ostendit illi regnum Dei.

Oratio

Deus, qui nos beati Alexii Confessoris tui annua solemnitate laetificas: concede propitius; ut, cuius natalitia colimus, etiam actiones imitemur. Per Dominum nostrum.

In II Vesperis fit Commemoratio S. Camilli de Lellis Confessoris tantum.

Ant. Similabo eum viro sapienti, qui aedificavit domum suam supra petram.

V. Amavit eum Dominus, et ornavit eum. R. Stolam gloriae induit eum.

Oratio

Deus, qui sanctum Camillum, ad animarum in extremo agone luctantum subsidium, singulari caritatis prerogativa decorasti: ejus, quaesumus, meritis, spiritum nobis tuae dilectionis infunde; ut in hora exitus nostri hostem vincere, et ad caelestem mereamur coronam pervenire. Per Dominum.

Infra Octavam et in die Octava Antiphonae et Psalmi ad omnes Horas et Versus Nocturnorum de occurrenti hebdomadae die, ut in Psalterio; reliqua ut in Festo praeter Lectiones, quae in I Nocturno dicuntur de Scriptura occurrenti cum suis Responsoris de Tempore, in II et III pro singulis diebus in Communi assignantur propriae.

PRO COMMEMORATIONE OCTAVAE

In I Vesp. Ant. Sanctificavit Dominus tabernaculum suum: quia haec est domus Dei, in qua invocabitur nomen ejus, de quo scriptum est: Et erit nomen meum ibi, dicit Dominus.

V. Haec est domus Domini firmiter aedificata. R. Bene fundata est supra firmam petram.

Oratio

Deus, qui nobis per singulos annos hujus sancti templi tui consecrationis reparas diem, et sacris semper mysteriis representas incolumes: exaudi preces populi tui, et praesta; ut, quisquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur, cuncta se impetrasse laetetur. Per Dominum.

Ad Laudes Ant. Zachae, festinans descendere, quia hodie in domo tua oportet me manere. At ille festinans descendit, et suscepit illum gaudens in domum suam. Hodie huic domui salus a Deo facta est, alleluja.

V. Haec est, ut supra.

In II Vesp. Ant. O quam metuendus est locus iste: vere non est hic aliud, nisi domus Dei et porta caeli.

V. Domum tuam, Domine, decet sanctitudo. R. In longitudinem dierum.

Die 18 Julii

S. ARNOLDI

Confessoris

Simplex

Ad Laudes Ant. Similabo eum viro sapienti, qui

Die 21 Julii

DE V DIE INFRA OCTAVAM DEDICATIONIS ECCLESIAE CATHEDRALIS

Semiduplex

IX Lectio dicitur de S. Praxede Virg., ut in Breviario hac die, et fit ejus Commemoratio ad Laudes.

Die 24 Julii

IN OCTAVA DEDICATIONIS ECCLESIAE CATHEDRALIS

Duplex majus

In I Vesperis fit Commemoratio praecedentis et S. Christinae Virg. et Mart.

IX Lectio dicitur de Vigilia et fit ejusdem ac S. Christinae Virg. et Mart. Commemoratio in Laudibus.

Vesperae de sequenti, Commemoratio praecedentis, ut supra 8.

Die 15 Augusti

IN ASSUMPTIONE B. MARIE VIRGINIS

Festum primum augustae Patronae caelestis Dicesis Aquisgranensis

Duplex I classis cum Octava communi

Omnia ut in Breviario.

aedificavit domum suam supra petram.

V. Amavit eum Dominus, et ornavit eum. R. Stulam gloriae induit eum.

Oratio

Omnipotens sempiterna Deus, cujus desiderabilis aspectus laetificat omnes Sanctos; concede propitius; ut intercedente sancto Arnolde Confessore tuo sic per gratiam tuam reficiamur in via, quatenus aliquando vultus tui claritate laeti perfruamur in caelis. Per Dominum nostrum.)

Deinde fit Commemoratio Ss. Symphorosae et septem Filiorum ejus Martyrum:

Ant. Vestri capilli capitibus omnes numerati sunt: nolite timere: multis passeribus meliores estis vos.

V. Exsultabunt Sancti in gloria. R. Laetabuntur in cubilibus suis.

Oratio

Deus, qui nos concedis sanctorum Martyrum tuorum Symphorosae et filiorum ejus natalitia colere: da nobis in aeterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per Dominum nostrum.

KALENDARIVM

JVNIVS

pag.

- 5 S. Bonifatii Episcopi et Martyris. Duplex II cl. 1°
- 12 S. Leonis III Papæ et Confessoris. Simplex 1°

JVLIVS

- 4 S. Udalrici Ep. et Conf. Duplex 2°
- 15 S. Henrici Imperatoris, Confessoris. Duplex 6°
- 17 Dedicatio Ecclesiæ Cathedralis. Duplex I classis cum Octava communi 6°
- 18 S. Arnoldi Confessoris. Simplex 8°
- 21 De V die infra Octavam Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis. Semiduplex 9°
- 24 In Octava Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis. Duplex majus 9°

AVGVSTVS

- 15 Assumptio B. Mariæ Virginis, Patronæ principalis Diocesis. Duplex I classis cum Octava communi 9°

APPROBATIO
Concordat cum originalibus.

Aquisgrani, die 13 Januarii 1953

Dr. MÖSSENER

Vic. Gen.

IMPRIMATUR.

Ratisbonæ, die 21 Januarii 1953

JOSEPH FRANZ

Vic. Gen.

APPROBATIO
 Concordat cum originalibus.
 Aquisgrani, die 13 Januarii 1953
 Dz. MÜSSENER
 Vic. Gen.
 IMPRIMATUR
 Ratisbonæ, die 21 Januarii 1953
 JOSEPH FRANZ
 Vic. Gen.

Ratisbonæ, sumptibus et typis Friderici Pustet

OFFICIA PROPRIA
 DIOECESIS
AQUISGRANENSIS

PARS AUTUMNALIS

Die 17 Septembris
S. HILDEGARDIS
VIRGINIS
 Duplex
 IN I VESPERIS

Capit. 2 Cor. 10, 17-18
Fratres: Qui gloriatur, in Domino gloriatur, non enim qui seipsum commendat, ille probatus est: sed quem Deus commendat.

Hymnus
Salve, nostra tu gloria,
 Exemplar es quæ Virginum!
 Audi benigna supplices
 Tibi canentes canticum.

O virgo, quæ mirabilis
 Vixisti amoris victima,
 Et nunc bearis fulgidis
 Cæli recepta sedibus,

Vitæ per æquor turbidum
 Tuos cliéntes dirige,
 Nobisque amicum compara,
 Cui te revinxit grátia.

Sicut dolos intèrrita
 Vicisti, et artes hostium,
 Et robur in discrimine
 Sumens, nitèbas pulchrior:

Sic bella nos quot ingruunt
 Da, te favente, funderè,
 Virtutis almæ ac sèmitam
 Vultu serèno currere.

Alat repòstam mentibus
 Fidem supèrna caritas;
 Mores adòrnet aureos
 Intemeràta castitas.

*Summo Parenti ac Filio
 Tibique, Sancte Spiritus,
 Sit laus, potèstas, glòria,
 Per sempitèrna sæcula.
 Amen.

V. Spécie tua et pulchritudine tua.
 R. Intènde, prospere procéde, et régna.

Ad Magnif. Ant. Hildegárdis prophetissa,
 *Spíritus Sancti splendóribus
 illustràta, vias Dòmini revelàvit.

Prop. Aquisgranen. P. Autumnalis

Oratio

Deus, qui beatam Hildegardem Virginem tuam donis caelestibus decorasti: tribue, quaesumus; ut, ejus vestigiis et documentis insistentes, a praesentis saeculi caligine ad lucem tuam delectabilem transire mereamur. Per Dominum nostrum.

Et sit Commemoratio Ss. Cornelii Papae et Cypriani Ep., Mm.:

Ant. Gaudent in caelis animae Sanctorum, qui Christi vestigia sunt secuti: et quia pro ejus amore sanguinem suum fuderunt, ideo cum Christo exsultant sine fine.

V. Exsultabunt Sancti in gloria. R. Laetabuntur in cubilibus suis.

Oratio

Beaatorum Martyrum patrisque Pontificum Cornelii et Cypriani nos, quaesumus, Domine, festa tueantur: et eorum commendet oratio veneranda. (Per Dominum nostrum.)

Deinde Commemoratio Impressionis Ss. Stigmatum S. Francisci Conf.:

Ant. Similabo eum viro sapienti, qui aedificavit domum suam supra petram.

V. Signasti, Domine, servum tuum Franciscum. R. Signis redemptionis nostrae.

Oratio

Domine Jesu Christe, qui, frigescente mundo, ad inflammandum corda nostra tui amoris igne, in carne beatissimi Francisci passionis tuae sacra Stigmata renovasti: concede propitius; ut ejus meritis et precibus crucem jugiter feramus, et dignos fructus poenitentiae faciamus: (Qui vivis.)

Postea Commemoratio S. Lamberti Ep., Mart.:

Ant. Iste Sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, et a verbis impiorum non timuit; fundatus enim erat supra firmam petram.

V. Gloria et honore coronasti eum Domine. R. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Oratio

Infirmiorem nostram respice, omnipotens Deus: et, quia pondus propriae actionis gravat, beati Lamberti Martyris tui atque Pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per Dominum nostrum.

In II Nocturno

Lectio iv

E Breviario Monastico Ordinis S. Benedicti

Hildegardis in Palatina tu inferiore, ex patre Hildeberto, matre Mechtilde, generis nobilitate ac pietatis fama conspicuis orta, tenera in aetate miris jam visionibus illustrata desuper, spretis mundi hujus oblectamentis, octennis sub regimine agnatae suae Juttae, sanctissimae Abbatissae, in montem sancti Disibodi consepelienda Christo secessit. Monasticum dein institutum professa, admirandis paulo post divinae gratiae signis innotuit. Continuo fere acutissimis excocata aegritudinibus, patientiae exemplum ita universis exhibuit, ut tota ipsius vita Christo confixa cruci, quaedam diutini fuerit imago martyrii. E vivis sublata beata Jutta, Hildegardis licet renitens in ejus loco suffecta est. Quo in munere sororum necessitatibus omnibus, earum maxime quae conscientia utcumque laborabant, peramanter providique consulabat. Cum autem ejus monasterium

nimiam monialium numerositatem ut caperet, jam esset insufficiens, ad alium montem, a sancto Ruperto nuncupatum, cum plurimis ex illis contendit, ibique sedem fixit Abbatialem. Quadraginta circiter annos nato igneo turbine ac lumine prodigioso caelitus illapso mirifice illustrata, donum intelligentiae ac expositionis sacrarum Scripturarum singulari Dei beneficio accepit. Jussa item, voce ad ipsam e superis emissa, quae de cetero videre et audire mereretur, sedulo scriptis mandare, cum id detrectaret, a Numine cogitur. Scribere proin aggressa, de posteritate omni aeternum meruit: libros quippe confecit eximios ac plane caelestes, ex quibus eam a Spiritu Sancto edoctam fuisse dignoscitur.

R. In caritate perpetua dilexit Hildegardem Dominus; ideo attraxit eam ab infantia, et duxit in solitudinem: Et locutus est ad cor ejus. V. Sponsavit eam sibi in sempiternum in fide et in misericordia. Et.

Lectio v

Prophetiæ afflata spiritu, multis ad se ex diversis et remotissimis regionibus confluentibus mira omnino prædicabat, eorumque cogitationes et occultiora cordium secreta inspiciebat: quosdam etiam perversa vel fraudulenta mente ad se accedentes redarguebat; qui correpti et emendati, ad saniores animum illico redire cogebantur. Nemo ad illam umquam se contulit, qui ejus salutaribus monitis instructus, cum vitæ melioris proposito non recesserit. Divino interea sæpius impulsus Spiritu, Colóniam, Trevirim, Metas, Herbipolim, Bambergam, aliæque loca diversissima, apostólico zelo exæstuans adiit, et quæ sibi divinitus fuerant revelata, Deo præcipiente audentissime annuntiavit. Hæreticos verbis ac scriptis stupenda auctoritate et gratia confutavit ac profligavit: Catharorum imprimis pestilentissimam hæresim, quæ tunc in aliquibus Germaniæ provinciis fautores suos habebat, nec non repullula-

scentem Berengarii errorem doctissimo libro sanctissima mulier elusit atque convicit. Illam mellifluus Doctor Ecclesiæ sanctus Bernardus tantifecit ejusque divina scripta ea prosecutus est veneratione, ut ipso potissimum agente a detractio-nibus adversantium vindicata, etiam a Summo Pontifice Eugenio tertio, in Concilio Trevirensi, Cardinalibus et Episcopis multis presentibus, publica fuerint sententia confirmata.

R. Placébat sibi in infirmitatibus et angustiis pro Christo: Et variis licet languoribus vexata, omnibus, qui in pressura erant, caritatis solatium impendebat. **V.** Cum infirmabatur, tunc potens erat. Et.

Lectio vi

Ecclésiæ denique universæ, assiduis laboribus, et sanctissimæ vitæ exemplo mirum in modum consuluiit: ita nempe ut Eugénius tertius, tresque subsequentes Romani Pontifices, Episcopi non pauci, Imperatores, aliique summi Principes

Galliæ, Germaniæ, Italiæ, atque sanctissimi quivis et eruditissimi viri, in gravissimis quibusque negotiis, illius consilium exquirerent, ejusque precibus Romanam Ecclesiam, Imperium, et suam quisque provinciam ac seipsum commendarent; denique post innumera virtutum ac scientiæ divinitus infusæ insignia, cælestium revelationum et miraculorum gratia illustris, anno ætatis suæ octogesimo secundo, cum mortis suæ horam a Deo monita prædixisset, migravit ad Sponsum decimo quinto Kalendas Octobris, anno Domini millésimo centésimo septuagésimo nono: vere ac merito ingens vocata sexus muliebris, immo Germaniæ, Ordinis sancti Benedicti et Ecclesiæ miraculum, atque orbis universi oraculum. Ejus sacrum corpus in ecclesiâ primum sancti Ruper-ti juxta Bingam conditum, dein bello tricennali Colóniam asportatum, postremo in Ecclesiâ Eibingensis monasterii ab ipsa fundati translatum est, ubi anno salutis

millésimo octingentesimo quinquagésimo septimo solémniter recognitum, summa fidelium veneratione colitur.

R. Apparuérunt cælestes spiritus, qui Hildegardem ad Agni nuptias invitabant, dicentes: **Veni, Dómina, quia te expectant cæli deliciae.** **V.** Veni de Libano; sponsa; veni de Libano; veni, coronaberis. **Veni, Glória Patri. Veni.**

In III Nocturno

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum
Lectio vii Cap. 25, 1-13

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabalam hanc: Simile erit regnum cælorum decem virginibus: quæ accipientes lampades suas, exierunt obviam sponso et sponsæ. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini
Episcopi

De Si Virginit. c. c. 25, 29, 30

Pergite itaque, Sancti Dei, pueri ac puellæ, mares ac feminae, cælibes ac nuptæ; pergite perseverantes in finem. Laudate Dóminum dulcius, quem cogitatis ubèrius; sperate

felicis, cui servitis instantius; amate ardentius, cui placetis attentius. Lumbis accinotus et lucernis ardentibus expectate Dominum, quando veniat a nuptiis. Vos afferetis ad nuptias Agni canticum novum, quod cantabitis: citharis vestris, quale nemo poterit dicere nisi vos. Sic enim vos vidit in Apocalypsi quidam, prae ceteris dilectus Agno, qui discumbere super pectus ejus solitus erat, et biberat et eructabat mirabilia super caelestis Dei Verbum. Vos Agnum sequimini tenendo perseveranter quod voluistis: ardentem facite cum potestis, ne virginitatis bonum a vobis pereat, cum facere nihil potestis, ut redeat. Videbit vos cetera multitudo fidelium, quae Agnum ad hoc sequi non potest; videbit, nec invidet, et collatando vobis, quod in se non habet, habebit in vobis.

R. Cum beata Hildegardis vehementer cuperet dissolvi, et esse cum Christo, apparuit ei Sponsus, quem diligebat. * Qui eam ad caelestem thalamum traduxit. V. Quae est ista,

quae ascendit de deserto, delictis affluens, innixa super dilectum suum. Qui.

Lectio viii

Præsúmíte itaque, fide, roborámini, permanéte, qui vovétis et reddítis Dómino Deo vestro vota perpétuæ continétiæ, non propter præsens sæculum, sed propter regnum caelorum. Vos étiam, qui hoc nondum vovístis, qui potéstis capere, capíte; perseveránter curríte, ut comprehendátis. Tollíte hostias quisque suas, et introíte in átria Dómini, non ex necessitate, sed potestátem habéntes vestrae voluntátis. Cogítate quidquid illud est: In muro ejus locum nominátum, meliorem multo quam filiorum atque filiarum. Cogítate illic nomen æternum. Quis explicat quale nomen erit? Quidquid tamen erit, æternum erit. Hoc credéndo et sperando et amándo potuístis conjúgia, non devítare prohibita, sed transvoláre concessa.

R. O Sponsa Christi nobilis! O mater venerabilis! intercède pro nobis ad Dóminum, Regem An-

gelorum, quem semper puro corde dilexisti, in cujus amplexibus sine fine permanes: * Ut remittat nobis omnia, quaecumque in ipsum peccavimus: V. Tribuens nobis fervorem amoris sui sanctissimi, et post hoc exsilium mansiōnem caelestis habitaculi. Ut. Glória Patri. Ut.

In Fertis Quatuor Temporum Lectio IX de Homilia Feria et fit ejus Commemoratio in Laudibus tantum; alias

Pro Impressione Ss. Stigmatum S. Francisci Conf.:

Lectio ix

Franciscus singulari privilegio retroactis saeculis non concessio insignitus apparuit, cum sacris Stigmatibus decoratus descendit de monte, secum ferens Crucifixi effigiem, non in tabulis lapideis vel ligneis manu figuratam artificis, sed in carneis membris descriptam digito Dei vivi. Quoniam sacramentum regis seraphicus vir abscondere bonum esse optime norat, secreti regalis conscius, signacula illa sacra pro viribus occultabat. Verum, quia Dei est ad gló-

riam suam magna revelare quae facit, Dominus ipse, qui signacula illa secreta impresserat, miracula quaedam aperte per ipsa monstravit; ut illorum occulta et mira vis Stigmatum manifesta pateret claritate signorum. Porro rem admirabilem ac tantopere testatam atque in pontificiis diplomatis praecipuis laudibus et favoribus exaltatam, Benedictus Papa undecimus anniversaria solemnitate celebrari voluit: quam postea Paulus quintus Pontifex Maximus, ut corda fidelium in Christi crucifixi accenderentur amorem, ad universam Ecclesiam propagavit.

Te Deum laudamus.

AD LAUDES

V. Diffusa est gratia in labiis tuis. R. Propterea benedixit te Deus in aeternum.

Ad Bened. Ant. O dignissima Christi sponsa! * quam lux prophetiae illustravit, zelus apostolicus inflammavit, laurea virginum coronavit, divini amoris incendium consummavit.

Oratio

Deus, qui beātam Hildegārdem Virginem tuam donis cælestibus decorāsti: tribue, quæsumus; ut, ejus vestigiis et documentis insistentes, a præsentis sæculi caligine ad lucem tuam delectabilem transire mereāmur. Per Dōminum nostrum Jesum Christum, Fīlium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus:

Et fit Commemoratio Impressionis Ss. Stigmatum S. Francisci Conf.:

Ant. Euge, serve bone et fidēlis, quia in paucā fuisti fidēlis, supra multa te constituam, intra in gāudium Dōmini tui.

V. Justum deduxit Dōminus per vias rectas. R. Et ostēdit illi regnum Dei.

Oratio

Dōmine Jesu Christe, qui, frigescente mundo, ad inflammāndum corda nostra tui amoris igne, in carne beatissimi Francisci passionis tuæ sacra Stigmata renovāsti: concede propitius; ut ejus mēritis et præcibus crucem jūgiter ferāmus, et

dignos fructus poenitentiae faciāmus: (Qui vivis et regnas.)

Deinde Gom. S. Lamberti Ep. Mart.

Ad Laudes Ant. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.

V. Justus ut palma florebūt. R. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Oratio

Infirmiātem nostram respice, omnipotens Deus: et, quia pondus propriae actionis gravat, beati Lamberti Martyris tui atque Pontificis intercessio gloriōsa nos protegat. Per Dōminum nostrum.

Vesperæ a Capitulo de S. Josepho a Cupertino Conf. ut in Breviario.

Et fit Commemoratio præcedentis:

Ant. Subveni nobis, Hildegardis virgo sanctissima, æterni regis sponsa, in cujus aula splendescis sicut stella fulgentissima.

V. Diffusa est grātia in labiis tuis. R. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Oratio Deus, qui beātam, ut supra.

Deinde Commemoratio Impressionis Ss. Stigmatum S. Francisci Conf.:

Ant. Hic vir despiciens mundum et terrēna, triumphans, divitias cælo condidit ore, manu.

V. Signāsti, Dōmine, servum tuum Franciscum. R. Signis redemptionis nostræ.

Oratio Dōmine Jesu Christe, ut supra.

Die 30 Septembris

S. LEOPARDI

Martyris

Simplex

Lectio ix

Leopārdus magnæ inter Romānos nobilitatis et Juliāni apōstatae cubiculārius, suadente Valentīno Presbýtero, quo in artibus liberalibus excolēdis utebātur magistro, christiānam fidem amplexus est. Baptismate suscepto, cum Juliāno divinos honores poscēti thymiāma offerre nolūisset, ut ab hoc proposito dimoverētur, fustibus dirissime cæsus fuit. Sed cum illius constāntiam vērbera labefactare minime potūissent, ejusdem

Juliāni decreto extra civitatis muros est decollatus, pridie Kalēdas Octōbris, anno trecentesimo sexagesimo secūdo. Athlētæ Christi corpus Valentinus ultra triginta milliāria Utriculam deportavit, cum illud Romæ sepelire non auderet. Pōstea vero translātum est Aquisgrānum, et ibi depositum in Ecclesiā majore beātæ Mariæ Virginis, a Cārolo Magno imperatore extrūcta, ubi Patrōnis præcipuis annueratur, et pia fideliū veneratiōne honoratur.

Te Deum laudamus.

Ad Laudes Ant. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.

V. Justus ut palma florebūt. R. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Oratio

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut, intercedente beato Leopardo Martyre tuo, et a cunctis adversitatibus liberemur in corpore, et a pravis cogitationibus mundemur in mente. Per Dōminum nostrum.

Die 23 Octobris

S. SEVERINI

Episcopi Coloniensis et
Confessoris

Simplex

V. Amavit eum Dóminus, et ornávit eum. R. Stolum glóriæ induit eum.

Ad Magnif. Ant. Sacerdos et Póntifex, * et virtutum ópifex, pastor bone in pópulo, ora pro nobis Dóminum.

Oratio

Deus, qui venerándam hujus diéi solemnítatem in honóre sancti Severini Confessóris tui atque Pontificis consecrásti: adésto famíliæ tuæ precibus, et dona; ut, cujus festa célebrat, méritis et auxilio sublevétur. Per Dóminum nostrum.

Lectio iii.

Severinus tam vitæ sanctitate atque summa abstinéntia, quam doctrina et eloquéntia a juventute excélluit. Quam ob rem, ut Ariánæ hèresi fortis opponerétur oppugnátor, episcopus Coloniensis constitútus est, quo in múnere acérrimus exstitit cathólicæ fidei de-

fensor. Singuláris grátia, uti ferunt, ipsi concéssa fuit aliquándo, dum loca sacra, uti mos illi erat, visitans, per agrum, exinde sancti Martini appellátum, procedens, audivit voces Angelórum psalléntium: Intellexitque causam angélici concéntus esse beátum sancti Martini Turonénsis tránsitum ex hoc mundo. Précibus assíduis obtinuit, ut archidiáconus, qui eum comitabátur, étiam suavissimas voces Angelórum audíret. Severinus, qui moriénte sancto Martino senex fuisse vidétur, sancta morte in Dómino obdormívit. Sacrum ejus corpus Colóniæ in eccléssia sanctórum Cornélii et Cypriáni, quæ ab ipso ædificáta fuisse créditur atque nunc illius nomen óbtinet, honorífice quiescit. Sacrum hunc thesáurum sæculo décimo Wichfridus et undécimo Hermánus archiepiscopi Colonienses pretiosióre tumba ornáverunt. Sancti autem antístitis memória multis nostræ diocésis locis in honóre est et veneratióne. Te Dóum laudámus.

V. Justum deduxit Dóminus per vias rectas. R. Et ostendit illi regnum Dei.

Ad Bened. Ant. Euge, serve bone * et fidélis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, dicit Dóminus.

Die 3 Novembris

S. HUBERTI

Episcopi et Confessoris

Simplex

In Vesperis Ant. Sacerdos et Póntifex, et virtutum ópifex, pastor bone in pópulo, ora pro nobis Dóminum.

V. Amavit eum Dóminus, et ornávit eum. R. Stolum glóriæ induit eum.

Oratio

Deus, qui perénnem glóriam sancti Huberti Confessóris tui atque Pontificis animæ contulisti: tribue, quæsumus; ejus nos apud te ita patrocíniiis adjuvâri, ut cum eo vitam possideámus. ætérnam. Per Dóminum nostrum.

Lectio ix.

Hubertus, illústri loco natus, primúm in aula Theodorici Francórum régis comés palátii, ex

cónjuge Floribértum filium genuit. Deinde ad Pipinum de Heristallo se contulit, et sancto Lamberto in Trajecténsi Episcopatu successit. Ab initio præsulátus facultates universas in egenos distribuit, et se totum caritátis officiis dedit. Anno episcopátus sui décimo tertio, sæpe de cælo mónitus, Lamberti sacrum corpus Trajecto Leódiám redúxit, et ibidem in loco mártirii magna cum veneratióne recondidit; sedem étiam episcopálem, quam sanctus Servátius Tungris Trajectum transtúlerat, ipse Leódií fixit. Post multos variósque labóres ad repelléndam idololatriam ex Taxándria, Brabántia, totaque Arduénna exantlátos in morbum incidit. Edóctus a cælesti nuntio, post anni verténtis circulum finem fore tribulatiónis suæ, toto anno se oratióibus assíduis, vigiliis atque eleemósynis ad mortem præparávit et ingravescente morbo sýmbolum Apostolórum et oratiónem Dóminicam recitáre cepit: sed pronuntiátis his verbis: Pater

noster, qui es in cælis, in vico Fura animam Deo reddidit, anno Dómini septingentesimo vigesimo septimo. Corpus post aliquot annos Leódiū máximo pópuli concursu deductum et sæculi noni anno vigesimo quinto, sine ulla corruptione inventum, ad Andaginense, nunc sancti Huberti in Arduenna, monastérium translátum est: ubi perenni miraculorum glória fulget, iis præcipue opitulando, qui rabidorum canum morsu læsi sunt: quales jam inde a sæculo nono immissa in fronte stolæ sancti Huberti particula sanatos esse, fide digna ejus sæculi monumenta testantur.

Te Deum laudamus.

Ad Laudes Ant. Euge, serve bone et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, dicit Dóminus.

V. Justum deduxit Dóminus per vias rectas. R. Et ostendit illi regnum Dei.

Oratio

Deus, qui perennem gloriam sancti Huberti Confessoris tui atque Pon-

tificis animæ contulisti: tribue, quæsumus; ejus nos apud te ita patrocinii adjuvare, ut cum eo vitam possideamus æternam. Per Dóminus nostrum.

Die 13 Novembris

In Ecclesiis consecratis, excerpta Cathedrali:

DEDICATIO PROPRIÆ ECCLESIE

Duplex I classis cum Octava communi

Omnia de Communi Dedicatiois Ecclesie.

Ad Laudes fit Commemoratio S. Didaci Conf.

Ant. Euge, serve bone et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Dómini tui.

V. Justum deduxit Dóminus per vias rectas. R. Et ostendit illi regnum Dei.

Oratio

Omnipotens sempiternè Deus, qui dispositione mirabili infirma mundi eligis, ut fortia quæque confundas: concede propitius humilitati nostræ; ut, piis beati Didaci Confessoris tui precibus, ad perennem in cælis glóri-

am sublimari mereamur. Per Dóminus nostrum Jesum Christum, Filium tuum: Qui tecum.

In II Vesperis fit Commemoratio S. Josaphat Ep. et Martyris.

PRO COMMEMORATIONE OCTAVÆ

In I Vesp. Ant. Sanctificavit Dóminus tabernaculum suum: quia hæc est domus Dei, in qua invocabitur nomen ejus, de quo scriptum est: Et erit nomen meum ibi, dicit Dóminus.

V. Hæc est domus Dómini firmiter ædificata. R. Bene fundata est supra firmam petram.

Oratio

Deus, qui nobis per singulos annos hujus sancti templi tui consecrationis reparas diem, et sacris semper mysteriis representas incolumes; exaudi preces pópuli tui, et præsta; ut, quisquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur, cuncta se impetrasse lætetur. Per Dóminus.

Ad Laudes Ant. Zachæe, festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. At

ille festinans descendit, et suscepit illum gaudens in domum suam. Hodie huic domui salus a Deo facta est, allelúja.

V. Hæc est domus Dómini firmiter ædificata. R. Bene fundata est supra firmam petram.

In II Vesperis Ant. O quam metuendus est locus iste: vere non est hic aliud, nisi domus Dei et porta cæli.

V. Domum tuam, Dómine, decet sanctitudo. R. In longitudinem dierum.

Die 20 Novembris

In Ecclesiis, ut supra:

IN OCTAVA DEDICATIONIS PROPRIÆ ECCLESIE

Duplex majus

Antiphonæ et Psalmi ad omnes Horas et Versus Nocturnorum de occurrenti hebdomada; die, ut in Psalterio; reliqua ut in Festa præter Lectiones, quæ in I Nocturno dicuntur de Scriptura occurrenti cum suis Responsoriis de Tempore, in II et III ut in Communi.

In I Vesperis fit Commemoratio præcedentis et S. Felicis de Valois Conf., ut in Brevariario.